



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Praxis pro tempore matutino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

COLLOQVIUM VI.

Pro tempore Matutino.

Domine DEVS præsentif-
 sime, & amantissime Pa-
 ter mi, in unione meritorum
 Domini mei IESV CHRISTI,
 Sanctissimæ Virginis, & om-
 nium Sanctorum, per eorundē
 & S. Angeli mei custodis ma-
 num, & omnium creaturarum
 nomine, non solum pro nunc,
 sed pro omni æternitate quan-
 tum in me est, maiori, quo
 possum, affectu, & modo, quē
 scis meliorem tibiq; acceptio-
 rem esse, offero Divinæ Maie-
 stati tuæ omnia mea verba, co-
 gitationes, & opera, hodie &

F 3

toto

toto meæ vitæ tempore per
genda, insuper me ipsum te
tum, præcipuè verò orationis
sacrum, officium diurnum
vnà cum alijs spiritualibus
exercitijs, functiones omnes
& quidquid egero pro ratione
officij mei, comestionem, re
creationem, & ipsum etiam
somnia, cum intentione

Primò, placendi tibi sol
quia ob infinitam tuam boni
tatem & perfectionem digni
es.

2. Quia sic spero, me, p
infinitam tuam bonitatem
amorem, & fidelitatē, obtine
turum gratiam & gloriam.

3. Quia credo, te hîc præ
sentem

sentem esse, posse, & velle audire me, & exaudire.

4. Quia istis actionibus te honorare, tibi que servire cupio, velut meo primo Principio, & ultimo fini.

5. Quia sic imitari intendo meum & tuum IESVM, ô æternæ Pater, Sanctissimamq; Virginem, & omnes sanctos tuos.

6. Quia hoc modo refarcire desidero oblivionem ingratitude, & injurias, quibus ego cum alijs peccatoribus te offendimus.

7. Quia hoc requirit obligatio gratitudinis pro tuo amore, ac beneficijs mihi, alijs que exhibitis.

F 4

8. Quia

8. Quia bene operando evadere cupio poenas Purgatorum multò magis Inferni.

9. Ut actiones meae iustae & bonae exempla edificent proximum, illique vel vivo mortuo profint.

10. Propter bonum, quod in rempublicam Christianam aut Religiosam, cuius membrum sum, inde resultat.

11. Quia operibus virtutis mereri volo à te Deo meo gratiam & gloriam.

12. Ut impetrem à tua liberalissimâ manu auxilium & favorem in meam & aliorum utilitatem.

13. Quia tali modo pro peccatis peccatis

peccatis meis debita Iustitiæ
tuæ satisfacere desidero.

14. Quia sic obedio, mi Deus
& Domine, Tibi, sanctisque
præceptis & regulis tuis.

15. Ut hâc monetâ operum
virtuosorû solvam debita, ad
quæ vel Iustitia vel Fidelitas
alijs præstanda me obligat.

16. Ut subijciam me divinæ
tuæ Maieitati velut indignissi-
mum, & egentissimû propter
peccata mea.

17. Quia sanctè operando
reprimere, & vincere volo in-
ordinatarum passionum mea-
rum difficultates.

18. Ut labore & exercitio
corporis & animæ impediam,

F s aut

aut vincam motus & cogitationes castitati contrarias,

19. Quia hoc dicitur verum prudentia, ut quamdiu bona valetudo, & tempus concedatur, bene operer, meque virtutum exercitio strenue exerceam.

20. Quia honestati, rationique conforme est, ut virtutes exerceam.

Denique hæc ipsa præcedentia motiva virtutum, propter quæ operationes meas perficere intendo, omnia offero, tibi amabilissimo & Summo Bono meo complacere. adjuvame, ut cum gratia incipiam, prosequar & finire

omnes operationes meas ad
maiorē tuam gloriam, Amen.

PRAxis PER DIEM

A *D* *initium* *prae* *cipnae* *alicuius*
actionis *inter* *diu* *exercenda,*
toto *cordis* *affectu* *dic:*

Mi DEVS praesentissime, mo-
do quo possum optimo, hoc
opus tibi offero

Primò, ut placeam tibi tan-
quam summo & superamabi-
lissimo Bono, in quod credo
& spero.

2. Ut gratias referam amo-
ri & beneficijs tuis, nobis om-
nibus exhibitis.

3. In satisfactionem pecca-
torum meorum & debitarum
ipsis poenarum.

4. Ut

4. Ut merear & impetrem gratiam & virtutem, gloriam & omne bonum.

5. Ut imiter IESUM, MARIAM, & Sanctos. Et propter illa motiva denique, propter quæ manè tibi omnes operationes meas obtuli, Amen. Actiones nostras &c.

INTER OPERANDUM

Quando occupatus es regiam peragenda, præsertim qua longioris moræ, aut quæ studiosa est, quæ commodum vel delectationem parit; vel quando teris aliquam distractionem, tentationem vanitatis, vanæ placentiæ, vel alterius vitiosi